Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31243
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

dicat. Recede abista pessima cogitatione. & esto iocunda in domo
tua cũ uiro cui te parentes tradiderunt. & noli relinquere deos
patrios. ne irascantur tibi. Ad hec illa respondit Eriau usq; nunc
sequens ydola uana que sunt sine gressu sine eloquio. & sine ulla
affectu. ignorans uerbum dñi qui fecit celum & terram. & omnia que
in eis sunt, Sed & metalla. ligna & lapides. ex quibus isti uel fundunt
uel sculpunt ei uerbo creata sunt, Cui & nos creatura sumus, Non est g
equum soror dilectissima. ut relinquentes talem artificem creatoram
potius adoremus que nobis ad seruiendu data est, Huxanus filius regis
ait Et quis creauit hec omnia. nisi dñs noster. Nam iouis celu tenet.
iuno arua regit. neptunus mare gubernat. pluto inferna iudicat.
phebus diem. berecinthia noctem illuminat, Cui mygdonia subridens
ait, Omnes isti quos commemoras fili dilectissime in inferno damnati
sunt. quia non cognouerunt dm uiuum, Nam si recurras ad ueteres
fabulas. inuenies hos & luxuriis deditos. & talia mala perpetrasse. qualia
hodie iudices iniquis hominib; persequunt & punium, Mortui enim
s. & nuiuunt, Ds aut nr. manet in scla sempiterna, Et qui crediderit
in eum. transibit ab hac temporali morte in uitam eternam, Cumq; hec
& his similia ei mygdonia diceret. cum puncta corde tcia. ait filio.,
Recte soror mea reliquit uirum suum. & diuitias terrenas. ut uitam
capiat sempiternam. Vtinam & nos uideamus hominem illum. & faciat
nos cognoscere ueritatem. At illa gaudens abiit ad aplm. & narrauit ei
omia que acta fuerant, Sue u gaudens predicabat ei uerbum dei. et
imposita manu benedixit eos. & precepit eos abscedere. Et non abiit
ultra tercia aduirion suum. nec filii ei renuntiauit patri de his
que preceperat, Cumq; hec omia nunciata fuissent mesdeo regi.
qd scilicet uxor ei & filius conuersi essent ad aplm. dñ. iratus ual
de precepit adduci uxorem sua & filium, Quib; cũ persuadere non
posset ut recederent ab hac uia. iussit tertiam in obscuro loco re
cludi. filium aut suum cum beato aplo incarcere conligari,
Sed & chartsius uxorem suam cum nutrice narchia similiter
reclusit in cellula tenebrosa, Et statim rex iussit mitti ad tho
mam. & manib; a tergo ligatis adduci ante se, Et dixit ei, Quis e